

quorum libuerit iudicio committas. Vbi vero quae visa fuerint adieceris vel deleueris, cura vt exemplum ex tua sententia correctum mundius excribatur, deinde Romam ad Vigorniensem mittito vna cum meis ad eum litteris, quibus scribo quae censeo expedire. Sed  
 25 caue tuam epistolam πρὸς τὸν μέγιστον obliuiscare, et es bono animo; felix post paulo eris, quando tua felicitas ex hoc pendet quod prope in tua est manu.

Ad tuas litteras quas proxime Morus mihi reddidit, haud magnopere mihi est quod rescribam, nisi quod risum mihi mouit illud  
 30 hominum genus ventri natum; et miror te istis rabulis os obstruere potuisse, et eos ita sui compotes esse vt queant tacere. De nostro Tunstale ne totum tibi vendices, ita Deus me amet vt plurimum vereor ne grauissimas eius occupationes meis ineptiis disturbem; quamobrem operam do vt eis temporis quam minimum eripiam:  
 35 nam mihi ad nugas aliquot vtcunq̄e infulciendas semper aliquid vacat. Caeterum postquam me tibi Aesculapium fecisti, gallum eximium para, quem mihi confestim sacrifices. Cura tamen vt valeas.

Prid. noñ. X<sup>bris</sup> ex Westmoñ.

40 Facundissimo et vndecunq̄e doctissimo D. Erasmo Roterodamo theologo.

#### 499. FROM THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 188.

LB. App. 250.

(London.)

(c. 4 December 1516.)

[Between Epp. 481 and 502. It probably answers a letter contemporary with Ep. 483, which was delivered to Ammonius by More (Ep. 498. 28); and may therefore be placed, as Mr. Nichols suggests, with Ep. 498, which answers Ep. 483. Brewer is misled by the date 1517 wrongly added to Ep. 502 in LB.]

MORVS ERASMO S. P. D.

De equo tuo conueni Vrsuicum. Is se negat adhuc nactum talem quem dignum censeat qui mittatur ad te, sed, nisi mittat ante, ad proximas nundinas omnino missurum. Remisi nuper ad te Maruffi  
 5 syngrapham cum liberalioribus litteris, vt ipse affirmat. Nam ego nequiuu legere, nec Lilius noster, quanquam probe calleat Italice. Pecuniam quam apud me reliquisti Aegidius noster iamdudum habet: nam procurator meus rediit, qui dicit se soluisse.

D. Palgrauus, amicus noster et tibi, vt scis, iam olim deditissimus, Louanium petit incubiturus legibus, sed ita tamen vt bonas litteras

499. 5. reliquisti. LB: sed MS.

499. 6. reliquisti] Cf. Ep. 467. 10 n. 8. Palgrauus] John Palgrave or Palsgrave, M.A., was 'schoolmaster' to Mary, 'Princess of Castile,' in 1513;

and on her marriage to Louis XII accompanied her to France as secretary and chaplain in Oct. 1514. He was Prebendary of St. Paul's 29 Apr. 1514-

Latinas Graecasque solito sibi more adiungat. Hic quoniam audiuit 10  
 te ibi commemoraturum, quanquam pro vetere sua tecum consuetudine  
 nihil sibi non possit de te polliceri, tamen (vide quantus apud te  
 passim videor, quo ego non herele minus triumpho quam alii regum  
 familiaritate gloriantur) impense rogavit vt ad illam gratiam qua se  
 valere tecum per se putat, meam etiam commendationem diligenter 15  
 adiungerem; vti sibi liceat tuo consilio atque auxilio ad bonarum  
 litterarum profectum frui. Scio, mi Erasme, non esse te multis  
 verbis rogandum vt in studiis adiuues hominem ad litteras pro-  
 pensum, tantae spei, tam notae diligentiae, et qui iam nunc scis  
 quantum promouerit, amicum praeterea et meum et tuum, hoc est 20  
 bis tuum: qui velut munus quoddam hoc tibi iam olim desumpsisti,  
 vt aetatem omnem dies noctesque in adiuuandis omnium hominum  
 studiis inumeres. Quanquam, si quid hoc ad cumulum possit  
 addere, etiam rogo vt quod nulli negas, hoc Palgrauo nostro praestes  
 etiam prodigentius; cui eas litteras omnes dedi ad te perferendas, 25  
 quae tibi olim ab amicis Basiliensibus missae apud <me> iam diu  
 sunt seruatae. Quae res commode accidit. Nam neque certior quis-  
 quam offerri potuit qui eas perferret, neque ipse quicquam <optare>  
 quo veniret gratior quam tam multas, tam diu desyderatas, pene  
 etiam desperatas, hominum tam charorum doctissimas epistolas; 30  
 quas tamen iussi ne ante tibi traderet quam stipulatione facta pro-  
 miseris sic te accepturum tanquam ille tibi in singulis commen-  
 da<re>tur.

Ausculdo quotidie atque arrectis auribus asto de re illa tua Sici-  
 liensi, quae Deum precor vt contingat feliciter. D. Tunstallus 35  
 litteras nuper ad me dedit plenas affectus amicissimi; cuius iudicium  
 tam candidum, tam honorificum de republica nostra, dispeream,  
 Erasme dulcissime, nisi me magis exhilarauit quam talentum Atti-

26. me *add. LB.*

32. commendaretur *LB.*

1554 (Le Neve); but in spite of this Mary invited preferment for him from Wolsey in Nov. 1514 and Apr. 1515. In Aug. 1517 he was proposing to return to Louvain (Lond. vii. 4, 5; *LB.* 522, 540) to renew the studies begun at this time, after a short visit to England (*LB.* App. 150). In 1524 Pynson printed for him a French grammar, *Lesclairissement de la langue Francoyse*, the first composed in England (*DNB.* xix. 204); but I cannot find that any copy now exists. By 1525 he had become tutor to Henry Fitzroy, Duke of Richmond (1519-36), Henry VIII's natural son; and he was still in this office in 1529. He received some preferment, but nevertheless

was obliged to support himself by teaching, and in 1532 was proposing to settle at Cambridge for this purpose. In 1540 he was a member of Convocation, when Henry's marriage with Anne of Cleves was annulled. See Brewer.

25. litteras] Cf. Ep. 481. 8 n.

34. arrectis] Cf. *Verg. Aen.* 2. 303. Siciliensi] Cf. Ep. 475. 4 n.

35. Tunstallus] Stapleton, *Tres Thomae*, 1588, *Vita Mori*, pp. 64, 5, prints a letter, undated, in which More thanks Tunstall for his favourable judgment of the *Utopia*. In writing to Warham and another English friend (Stapleton, pp. 205, 8) More pretended that it had been printed by Gilles without his knowledge; cf. Ep. 30. 16 n.

cum. Itaque nescis nunc quantum gestio, quantum creui, quanto  
 40 memet altiorem gero: ita mihi assidue versatur ob oculos perpetuum  
 destinari mihi principatum ab Vtopianis meis, quin iam nunc mihi  
 videor incedere coronatus insigni illo diademate frumentaceo, con-  
 spicius paludamento Franciscano, praeferens venerabile sceptrum e  
 manipulo frugis, stipatus insigni Amauratorum comitatu atque ita  
 45 celebri pompa legatis atque principibus aliarum gentium occurrere,  
 miseris plane pre nobis, stulte videlicet superbientibus, quod veniant  
 ornati pueriliter et mundo muliebri onusti, vinctique auro illi de-  
 spuibili, purpura et gemmis atque aliis bullatis nugis deridiculi.  
 Quanquam nolim aut te aut Tunstallum nostrum ex aliorum ingeniis  
 50 aestimare me, quorum fortuna mores mutat. Equidem etsi superis  
 visum est nostram humilitatem ad hoc fastigii et sublimitatis  
 euehere, cui nullum regum posse conferri censeo, veteris tamen illius  
 consuetudinis quae mihi olim priuato fuit vobiscum, nunquam me  
 sentietis immemorem. Quod si non grauemini tantillum viae facere  
 55 vt Vtopiam veniatis ad me, profecto efficiam vt mortales omnes quos  
 clementiae nostrae regit imperium, id honoris exhibeant vobis quem  
 debent eis quos intelligunt ipsorum principi esse charissimos.

Prosecuturus eram longius hoc dulcissimum somnium, sed Aurora  
 consurgens, veh misero, discussit somnium et principatu me excussit,  
 60 atque in pistrinum meum me, hoc est in forum, reuocat. Hoc tamen  
 me consolor, quod vera regna video non multo prolixiora.

Vale, charissime Erasme.

#### 500. FROM GERARD LISTER.

Deventer MS. 91, f. 145 v<sup>o</sup>.

Zwolle.

LB. App. 104.

(c. December 1516.)

[For the date see Ep. 495 introd.]

#### GHERARDVS LISTRIVS DOMINO ERASMO S.

LONGICAMPIANVM mihi a te commendatum, quantum potui, litteris  
 Graecis docendis iuui; sed quod heae parum lucrosae esse videbantur,  
 aut quod longo tempore indigerent, ad mathematicam, quam sibi  
 sperat lucrosiorem fore, animum adiecit; in qua certe mihi non  
 5 mediocriter videtur promouisse. Patres nostri omnesque adeo docti,  
 qui hic tui nominis sunt studiosissimi, vehementer a te contendunt  
 vt commentarios in sancti Pauli epistolas et scribas, vt crebro  
 recepisti, et scriptos quamprimum aedas. Domine Erasme, ex animo

500. 8. scriptas MS. : corr. LB.

499. 42. diademate] Cf. *Utopia*, ed.  
 Lupton, pp. 233,4.

45. legatis] *ibid.* pp. 177-81.  
 500. 7. crebro] Cf. Ep. 495. 43 n.